iuridica cum personarum sexus utriusque ius et interesse ad huiusmodi summam habeant
impetitionem, tamen quoniam a quopiam bonorum iure seu alio quovis modo impetitus
fuerit, tueri et intercedere, omnesque impetitionis in se succurrere ac bo-
na sua omnia ubivis quovis iuris titulo possessa assumere, sub vadio similis
summe quatuordecim florenorum pecunie monete polonice, Nihilominus in scriptura presentem
castri Premislie ex Actis presentibus excerpta ad acta terrestria Przeworscensia
pro primis et proximioribus terminis terrestribus Premislie prius et pro-
ximius post festum Nativitatis Christi Domini proximum celebrandum transporta-
re, se succurrere suos predictus Bozejowski super omnibus bonis suis
sub vadio simili quatuordecim florenorum pecunie ad solvendum ipso facto in deffe-
ctu completionis premissorum lucem et succumbendum inscribit et obligat, pro
quibus vadio et vadiis ex quacumque re et causa succubitur, quoniam se pre-
dictus Bozejowski cum succurrentibus suis citare permiserit, tamen coram officio castri
Premislie anime et foro suo quovis competentem etiam Maideburgiensem recedendo officio
vero castri Premislie iurisdictioni se cum succurrentibus et bonis suis omnibus habet
et habeat quoad respondendum et inscriptionem presenti satisfaciendum subiicientem, in pri-
mo uti peremptorio citationis termino stare parere respondere ac pro vadio
vadiisque ab officio non recedendo satisfacere tenetur et succurrentes tenebuntur. Nul-
lum terminum occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus actionemque
maiori legalibusque quibusvis impedimentis, nec colore quovis exquisito
et excogitato prorogandum et recipiendum, nec se ad dictum suum terminum fo-
ramque ipsius pro iustitia administrandum remitti petendum, ad quietationem
in fortificationemque presentem inscriptionis ad evictionem tamen munimenta quoniam neces-
saria dilationem recipiendum poena trium marcarum et trium poena vadium et va-
diaque non evadendum, motionibus appellationibus earumque prosecutionibus
controversiis prescriptionibus fatalibus evasionibus, dilationibus ex industria
humana excogitandum, iurisque remediis abrenunciandum, et generaliter nil sibi cum
succurrentibus suis in auxilium contra inscriptionem presentem et eius defectum recipiendum
que et suorum succurrentium sub annexione totius cause vestre lectionem prefa-
ti vadii et vadiorum. Nulla prescriptione tamen in premissis omnibus obstante

Therlieczki renouat alio

Coram officio et Actis presentibus comparens personaliter Nobilis Stecko Ther-
lieczki Piotrowicz, iure et foro suis propriis quibusvis obmissis, Alius
vero presenti iurisdictioni se cum succurrentibus bonisque suis quo ad infrascripta incorporandum sa-
nus mente et corpore existens, renovando et denuo recognoscendum inscriptionem
in Actis presentibus super summam infrascriptam contentam publice per expressumque
recognovit quia Nobili Janko Popowicz Jurkowicz Therlieczki et

succurrentibus eius summam centum octo florenorum pecunie monete nunc in Regno Cuiusdam certi
debiti tenetur presentibusque obligatur pro festo Sanctorum Trium Regum presentis in ca-
stro Premislie totaliter persolvere et reponere sub vadio simili centum octo florenorum
pecunie monete polonice in deffectu solutionis pro supra tempore ad solvendum ipso fa-
cto succumbendum. Quod succubitur vadium eodem die in summam unam ducentorum sedecim
florenorum pecunie convertetur et extendetur in omnibus bonis nunc et post per recogno-
scentem habitis et habendis. Inscribitque se idem recognoscens cum succurrentibus super
bonis omnibus presentem inscriptionem ad acta terrestria Premislie ante decursum unius
anni in hac verborum forma transportare sub vadio summe originalis
centum octo florenorum pecunie. Pro qua summa simul iuncta ac vadio citatus id
recognoscens ad officium presens castri Premislie sive etiam iudicium castri Premi-
slie obmisso foro suo proprio coram eodem officio seu iudicio in primo citato-
rio termino stare et per citatis ibidem in instantiam satisfacere omnibus ex-
ceptionibus motionibus appellationibus earumque prosecutionibus vera vel sim-
plici infirmitatibus actione pro maiori ad quietationem dilationem non petendum poe-
na trium marcarum et trium poenarum ac legalibus quibusvis impedimentis dilationibusque
generaliter universis iuris et facti omnibus remediis se cum succurrentibus suis abre-
nunciandum, id recognoscens cum suis posteris tenetur. Nulla prescriptione tamen obstante
quod memoriali firmatum est

Bebnowski tenetur Casper

Comparens personaliter coram officio Actisque presentibus castri Premislie Generosus Alber-
tus Bebnowski, Actus Palatinatus districtus ac iuribus suis quibusvis propriis
foroque suo quovis competentem recedendo, Alius vero iuris et iurisdictioni castri Premisli-
ensis se cum succurrentibus bonisque suis omnibus ubivis habitis et habendis in toto quoad
Actum et effectum presentis inscriptionis attinet incorporandum et subiicendum sanus mente
et corpore existens publice palam per expressumque recognovit quia Gaspa-
ro filio olim Generosi Martini Brojnowski et succurrentibus eius summam
mille trecentorum florenorum pecunie monete et numeri polonice singulum florenum
triginta grossis polonice computandum certi veri et liquidi debiti sive
mutuate pecunie tenetur estque debitus quamquidem summam mille trecentorum
florenorum pecunie Generosus Albertus Bebnowski se cum succurrentibus de bonis su-
is omnibus inscribit et obligat predicto Gaspero aut eius successoribus pro die
et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime futuro hic ad acta
castri Premislie dare solvere totaliter et in effectu reponere. In deffe-
ctu vero solutionis eiusdem summe originalis pro predicto tempore solu-
tioni assignato. Extunc debebit ipse recognoscens cum succurrentibus suis quos-
secum super bonis suis omnibus inscribit et obligat in crastino diei eiusdem
solutioni assignatur predicto Gaspero vel successoribus eius in bona tenute
et possessionis sue villarum Dzikowo Czywkow et Wrazow cum omnibus generaliter